

für ἡ ὄσον gestanden haben, aber dann als archaisch geschriebenes ὄσον gefasst worden sein.

Gewöhnlich werden die Multiplicative wie die Comparative behandelt, mit denen sie in jüngerer Zeit durch die Umgestaltung von -πλάσιος in -πλασιων auch formale Aehnlichkeit erlangt haben. Wir haben also meistens einen Genetiv dabei oder ἡ; mit diesem kann vulgärlateinisches *duplum quam colligere solebant* (Vulgata Exodus 16, 5) verglichen werden. Darnach schreibe ich für FOTI EOTI, zu lesen ἡ ὄτι. Die Annahme, der Graveur habe den dritten Horizontalstrich des E vergessen, ist wohl nicht sehr gewagt. Die Schreibung OTI ohne Heta stimmt zu o = ὄ Z. 7, 11, 14, ΟΠΑΓΟΝ = ὠπάγων d. i. ὁ ἐπάγων Z. 11 und ΟΙΑΝΘΕΥΣ = Ὠιανθεύς d. i. ὁ Οἰανθεύς Z. 12 auf derselben Inschrift. — Die Inschrift ist sonst sehr korrekt geschrieben; alle dazu gemachten Conjekturen sind überflüssig.

Basel.

J. Wackernagel.

De Lucilli prosodia.

Poetae qui iambos scripserunt ante Varronem omnes hanc legem tenuere, ut producta syllaba correptam excipiens ipsa quoque corripere, si praeiret aut sequeretur ictus. Ab horum poetarum numero unum procul habere solent Lucilium. Velut Marcius cum fragm. 547 Baehr. tractavit (stud. Lucil. pag. 35) *miserimum* apud Plautum ferri posse dixit, apud Lucilium non posse nisi si ipse ille usus Plautinus ludatur (cf. etiam Birtium *zwei politische Satiren* pag. 101), Lucianus autem Mueller quamquam de fragmentis 514 et 552 (de utroque cf. praeterea Marcium pag. 33 sq.):

fācit idem quod illi qui inscriptum ex pōrtu exportant clānculum;

ille contra omnia inter plures sensim ac pedetemptim foris plene iudicare ausus non est, quia scaenicorum in uocabulo *ille* licentia ideo a Lucilio seruata uideri posset, quod adhiberetur id omnium frequentissime aut quod tam tenui esset uocali, plerumque ut eadem omnino orbaretur, tamen addit in tot fragmentis Lucilii nusquam alibi spretae positionis occurrere exemplum uel unum, cum plurima constant seruatae (de re metr. pg. 428)¹. At hercle si ita esset, miraremur. Namque depromptam esse legem illam ex usu uitae cottidianae quoniam et certis argumentis firmari potest neque unquam dubitare debebant docti², apparet in Scipionis quoque et Laelii sermone familiari eam ualuisse,

¹ Exemplum praeterea a Muellero allatum (fragm. 630):

quid quās partiret ipse pro doctrinā boni

praetereo, quippe in quo ipse duo tantum tempora explens ne scaenicorum quidem usu (cf. libri mei *Plautinisches u. Roman.* pag. 148 not. 1) defendi uideatur.

² Cf. quae pluribus locis exposui in libro modo memorato et in Vollmoelleri annalibus *Jahresbericht f. roman. Philol.* I pg. 34 sq.

quos Terentii fabulas scribere fama ferebat licentia illa si qua est plenas. Terentius uero, Scipio et Laelius quod sibi licere arbitrati sunt, cur non arbitraretur Lucilius Scipionis Laelique et ipse familiaris? Neque alia quae de Lucilii prosodia comperta habemus opinionem infringunt eam a scaenicorum consuetudine in grauissimis rebus non discrepasse. Praeclare Buechelerus ab ipsius Lucilii loco (fragm. 347) profectus et apud hunc et apud scaenicos pronomina *quidem* particulam praecuntia corripri potuisse demonstrauit (*Arch. f. Lexikog.* III 144 sqq.)¹, male Birtius apud Lucilium *quã in* (fragm. 489) secundum scaenicorum morem pro duabus breuibus prolata ferri posse negauit (l. l. pag. 97 not. 1) non attendens alibi quoque apud eundem legi *cũ et* (fragm. 590 u. 5).

Quae cum ita sint, quo iure contendemus tales mensuras scaenicis probatas e Lucilii uersibus, praesertim in quibus nihil praeterea offendat, tollendas esse:

fáctit idẽm q uõ d illi qui inscriptum ex pórtu expórtant clãnculũm (fragm. 514);

re in secũnda tóllere ánimos ẽt in malã demũtterẽ (fragm. 534);

¹ Ceterum quae de correptione illa quam *Quantitätentziehung durch Tomanschluss* uocat, exposuit Buechelerus l. l., cuius exemplis nonnulla addidimus Seyffertus (*Bursians Jahresber.* 1890 p. 57 sqq.) et ego (libri laud. pag. 9 not. 2), illustrantur eis quae nuper ex linguis lituslaucis et germanica conguessit Ioannes Schmidt KZ. XXXII 398 sq.; adde quem ille affert Schuchardtium *über die Lautgesetze* pag. 25 sq. [His conscriptis nouo quodam incremento exempla correptionis latina augere conatus est Leo D. L. Z. 1892, 1432, ubi libri mei censuram scripsit. Cuius ut in uniuersum me plausum tulisse non mediocriter laetor, ita in singulis quae reprehendit, recte eum reprehendisse plerumque non possum credere. Vt reliqua mittam de quibus alio loco disputandi occasio dabitur, illa certe res quam tetigi Leoni feliciter successisse non uidetur. Nam cum ego demonstrassem *perque dumque idne quodne quodque* a Plauto ante consonantes interdum duarum breuium loco haberi idque ut in multis uocabulis disyllabis posterioris syllabae syncopa (*perc dunc in quon quoc*) explicandum esse statuissem, Leo contra illo corripiendi modo adhibito *pẽrquẽ dãmquẽ* etc. scandi uolt. Et quoniam ipse uidit suam explicandi rationem omni probabilitatis specie priuari, si mensura pyrrhichiaca nusquam nisi ante consonantes admissa esset (namque qui *pẽrquẽ mẽ, idnẽ tu* etc. dicebant, cur non itidem *pẽrquẽ ãmicum, idne ẽgõ* etc. dicturi fuerint nulla est causa, praesertim qui *tãquidẽm* sim. et ante consonantes et ante uocales probauerint), exemplum correptionis ante uocalem factae afferre debebat. Atque attulit unum eius generis exemplum (neque ego plura noui quae quis ita interpretari possit) Poen. 1206 *Quõdque aruspẽx de ambãbus dixit*, quod sic dimetitur *Quõdque aruspẽx de a. d.* At id exemplum quam sit anceps et debile facile est intellectu. Quid enim impedit quominus sic potius dimetiamur:

Quõdque aruspẽx de ambãbus dixit,

ut *mãlestãẽ scẽtẽstãẽ* similia apud Plautum inueniri in uulgo notum est? Igitur donec certius aliquod exemplum prolatum erit, id quod fieri non posse confido, Leonis explicatio admitti non poterit, mea stabit inconcussa.]

*ardum miserrimum*¹ atque infelix lignum sambucum uocant
(fragm. 547);

*Socraticum quiddam tyranno misisse Aristippum*² aul-
mant (fragm. 562);

unde domum uix redeat usque hoc exuat se — — (fragm.
625),

apud Lucilium enim ne in prima quidem septenarii trochaici sede thesim inter duo uocabula (*undē domum*) diremptam inuenio³. Taceo tritissima illa *tibi (michi) ubi* Lucilio cum optimo quoque poeta communia.

Restat ut quartam quoque scaenicorum licentiam quam uocant Lucilio uindicemus, cuius praeter exemplum incertum unum (uide adnot.³ certum unum habemus quauis a L. Muellero et Marxio addubitatum:

il contra omnia inter plures sensim ac pedetemptim foris
(fragm. 552);

bibreuem enim pronominis *ille* mensuram non ex prioris syllabae correptione, sed ex posterioris syncopa siue apocopa repetendam esse docui libri mei § 9 (cf. *ibid.* pag. 123 adn. 1)⁴.

¹ Nam qui scaenicis quoque mensuram *miserrimus* sim. abiudicat Lindsay Classical Review 1892 pag. 342 sq. non persuadet.

² Confer *Aristarchi* Plaut. Poen. 1. Sane Luciliano loco facillime corrigitur *misse Aristippum*.

³ Alterum praeterea relinquitur, ut secundum scaenicorum morem quem tractauit l. l. § 5 uocabuli *unde* syllabam finalem syncopa amissam esse statuamus (*und' domum*), cuius generis unum certe praeterea inuenitur exemplum Lucilianum de quo mox dicendum erit.

⁴ Oblata occasione pauca quaedam in libro omissa hoc loco supplere uisum est. Eis quae de syncopa finalium in imperatiuorum singulari hic illic obuia congessi pag. 55 sqq. et 149 sq. iam addo exemplum ꝛ abiectae in imperatiui alterius personae plurali. Poen. 1237 recte sine dubio Bentleius cum Camerario agnouit in codicibus nihil latere nisi

Ite si itis † *Quid nos fecimus tibi?* † *Fures estis ambae.*

Quod qui non receperunt editores propter solam prosodiae quae uidebatur molestiam excusandi. Nam modus ille dicendi ut notissimus (cf. iam Herond. mim. VII 47 φέπ' εἰ φέπεις τι, cui uersui *age si quid agis* Plaut. Mil. 215 adscripsit Buechelerus, alia plura Crusius *Untersuchgn. z. d. Mem. d. Herond.* pag. 137; exempla Plautina plenius collecta habes apud C. H. Weisium lexic. Plaut. s. u. *age*, qui omittit quod ad nostrum uersum proxime accedit Poen. 511 *quin si ituri hodie estis, ite*; cf. et Catull. 32, 9) ita multo exquisitior quam quod in Ritscheliana legitur *Ite ite*. Pronuntiandum igitur *Ite si itis*. [Haec scripseram antequam idem de hoc loco se sentire Leo breuiter significauit l. l.]. Similis in nominatiuo *ille* apocopae octo certis exemplis Terentianis quae protuli pag. 121 confidenter puto addere debebam Hautont. 515 ex Bentlei coniectura:

Il Cliniaē seruos tardiūsculūst (*Cliniae* codd.).

Neque enim hoc loco neque Andr. 439:

Propter huiusce hospitiā consuetudinē (*hospitae* codd.),

ubi ipsa praepositionis oxytonesis mihi optime tradi uidetur equidem praeter Bentleianas ullam noui coniecturam quae uel minimam probabilitatis speciem habeat.

Ac ne quis mihi obiciat pauciora esse exempla Luciliana pro numero uersuum iambicorum et trochaicorum quam quibus credi queat (sunt autem correptionis exempla quinque uel sex [u. infra] in uersibus trecentis, abiectae e finalis unum), accipiat e. gr. in Accii uersibus fere DCCXL inueniri syncopam nullam¹, correptionem sexies decies omissis exemplis prorsus incertis et eis quae uolgo synzesis ope explicant (inter quae et 515), addito uno quod male deletum est a Ribbeckio (538 *néque affari*), inclusis etiam uolgatissimis quae ne posterioribus quidem inaudita sunt ut *cauē uidēn*.

Si cui de Lucilii prosodia quae est in libris XXVI. usque ad XXIX um recte exposuisse uideor, eidem fortasse quae de fragmento 626. commentus sum probabo, etsi rem paulo audacius coniciendo me gessisse non sum nescius. Quodsi coniectura improbabitur, id saltem me assecuturum esse spero, ut interpretando fragmentum a sinistris Haueti conaminibus (commentation. Woelflinian. pag. 158) defendam. Fragmentum sic tradit Nonius p. 472, 4 sub uerbo *palpatur*: *hic me ubi uidet subblanditur palpatur caput scabit*, sic autem Festus p. 210: *ubi me uidit, caput scabit, pedes legit*. Inde in Nonii uerbis iam pridem restitutum est *uidit* pro *uidet*. At iustus septenarius ne sic quidem euadit. Haeremus, ut L. Mueller (Lucil. p. 264) uidit, cum in uocabulo molossico *palpatur* post diaeresin posito tum etiam in exitu diambico *cāpūt scābit*. Contra optime uersus clauditur apud Festum, modo correptionem iambici uocabuli nobis concesseris:

*cāpūt scābit, pēdēs legīt*².

Iam hanc clausulam si recipimus, iusto longior fit uersus: *hic me ubi uidit, subblanditur palpatur, cāpūt scābit, pedes legit*. At facillime hoc monstrum domatur, si *blanditur* tamquam glossam ad *suppalpatur* (cf. Plaut. Mil. 106) adscriptum fuisse sumimus³, ita ut haec primaria uersus forma fuerit in qua alteram quoque Muelleri offensionem sublatam uides:

¹ Nam exemplum u. 424 in libri mei pag. 72 ponere non debebam nisi monito lectore scripturam huius loci Ribbeckianam ueram esse non posse. Atque *unde aut quis mortalis florem liberum inuidit meam* haec Nonius pag. 500, 13, at *quisnam m. fl. l. i. meum* Cicero Tusc. III 20 et Isidorus differ. Quarum lectionum altera quo leuigatiorem speciem prae se fert quoque facilius, etiamsi e continuo sermone exempta est, intellegitur, eo minus genuina uidetur. Nonianam autem ueram esse censeo et, sic interpungendam:

Vnde? aut quis mortālis flōrem liberum inuidit meūm?

Forma orationis fuit qualem legimus Plaut. Aul. 761: *Subrupui ego tuom? unde? aut quid id est?* et Terent. Phorm. 574: *Pol me detinuit morbus* † *Vnde? aut qui?*

² Cum Luchsio enim facere non possum, qui sic locum constituit (Studemundi stud. I pag. 11):

— — — — — *hic me ubi uidet,*

Subblanditur, palpatur, caput scabit, pedes legit.

Offendit alter uersus diaeresi solita carens et accentibus sat molestis (*palpatur* eqs.) oneratus.

³ An ex lemmate olim pleniore *palpatur*: *blanditur* (nunc deest explicatio) huc delapsus est?

Hic me ubi uidit, suppalpatur, caput scabit, pedes legit.

Neque propterea dubitandum est quod forma *suppalpatur* cum Nonii lemmate uidetur dissentire. Confer ut alia taceam 469, 1: *SCRVTO*. *Plautus in Aulularia: Postremo hunc iam perscrutauit*; 480, 9: *SPOLOS* pro *spolio*. *Afranius Crimine: Quos impune depopulatur despol(i)atur dedecus*.

Non erat igitur cur propter metrum de continuitate uerborum *palpatur caput scabit pedes legit* Hauetus l. l. dubitationem moueret fragmentum anapaesticum *hic me ubi uidit subblanditur palpatur* ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ a fragmento alius metri (iambico) *caput scabit* eqs. secernens. Neque melius demonstrauit etiam propter argumentum duo illa fragmenta separanda esse. Etenim de homine blandiente optime dici *palpatur, caput scabit* si quis sine testimoniis non credit, legat quomodo Coritto sutori suppalpata sit (Herond. mim. VI 75 sqq.): κοῖνν δ' οὐ προσήγαγον πειθοῦν αὐτῷ, φιλεῖσα, τὸ φαλακρὸν καταψῶσα, γλυκὺν πτεῖν ἐγχεῖσα, καταλιζουσα. Restat illud *pedes legit*. Credesne si hoc quoque blandientis esse dixero? Certe ne in uernaculo quidem sermone inusitata metaphora, quamquam comice tantum usurpatur; at non metaphorice tantum olim hoc genus blanditiarum esse adhibitum luculenter testatur Pausanias X 10, 6sq. de Phalantho fabulam narrans. Phalanthum enim, cum procul a patria ad incitas redactus esset, ἡ γυνὴ ἀθύρωμα ἔχοντα (ἠκολούθει γὰρ οἴκοθεν) τὰ τε ἄλλα ἐφιλοφρονεῖτο καὶ ἐς τὰ γόνατα ἐσθεμένη τὰ αὐτῆς τοῦ ἀνδρὸς τὴν κεφαλὴν ἐξέλεγε τοὺς φθειράς· καὶ πως ὑπὸ εὐνοίας δακρῦσαι παρίσταται τῇ γυναικί κτλ.

Vratislaviae.

F. Skutsch.

Zu den Canidiagedichten des Horatius.

In den Jahrbüchern für Philologie 1892, 577 ff. hat H. Düntzer die Canidiagedichte im Zusammenhang betrachtet. Enthält sein Aufsatz auch manche feine Bemerkung, so hat er doch auch vielfach geirrt, hauptsächlich, weil die antiken, uns in aegyptischen Papyri vorliegenden Zauberbücher und der antike Aberglaube nur ungenügend herangezogen wurden. Im Folgenden soll an einigen Stellen gezeigt werden, wie man diese Quellen für die Erklärung nutzbar machen kann¹.

Canidia und Sagana beginnen (Sat. I 8, 26) ihr nächtliches Treiben mit einer Todtenbeschwörung. Das sei, meint Düntzer, beim Liebeszauber zwecklos; ein Opfer an Hekate lasse man sich gefallen, aber wozu die Schatten beschwören? Priapus schneide auf, um die Sache recht grausig zu machen. Das Richtige lehrt z. B. die Beschwörung im grossen Pariser Papyrus (herausgegeben von Wessely a. a. O.) v. 296 ff. Dass es sich um einen Liebeszauber handelt, sagt schon die Ueberschrift (φιτροκατάδεσμος θαυμαστός). Ich übergehe zunächst die einleitenden Ce-

¹ Den Werth der Zauberbücher nach dieser Richtung hat zuerst Wessely, Griech. Zauberpapyrus von Paris und London in den Denkschriften d. Wien. Ak. XXXVI, 28 hervorgehoben.